



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

15. Professio à Regularibus, tam viris quàm mulieribus, non fiat ante 16.  
annum expletum, & post annum suscepti habitus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**

delinquentes, vendicare sibi locum etiam cum Regularibus notoriis, & cum scandalo intra Ecclesiam delinquent, non ita si intra claustra, refero decisum in collect. ad cap. ult. num. 8. in fine de statu Monach.

7. *Ita notoriis, &c.]* An qualitas quod notoriis, & scandalois Regularis defuerit, probanda sit ad effectum, ut Episcopus illum punire valeat? Negat, iudicans sufficere illam allegare, & probare Aloy. Ricc. d. resol. 546.

8. *Episcopo instanti.*] Sufficere, quod Episcopus unica vice superiorum Regularium moneat, eique terminum praesigat ad castigandum subditum delictum, & ideo necessitate non esse Episcopum monere, ac requirere dictum superiorum duabus, vel tribus vicibus, ut aliqui opinantur, refero decisum in collect. ad d.c. vlt. num. 8. in med. vbi etiam resolutum assertum Episcopum statim habita notitia delicti posse capere informationem, & illam ad superiorem Regularis mittere, vt nequeat de eodem delicto ignorantiam presumere, & me citato idem dicit Fr. Hieronymus. Roder. in compendio quest. Regular. resolut. 62. sub num. 8.

9. *Ac de punitione Episcopum certiorum faciat.]* Non sufficere, vt superior Regularis sententiam, aut acta omnia super delicto actuata ad Episcopum transmittat, sed opus esse, vt de punitione ipsa & sententia executione Episcopum certiorum faciat, resoluo Ego ipse in collect. ad d. cap. ult. num. 8. & me citato Hieron. Roder. d. num. 8. vers. tertio in scriptis, scilicet, & per legitima documenta, sicut tenet Aldan. in compend. Canon. resol. lib. 1. tit.

8. num. 10. vbi resert decisum in Lucana 14. Decemb. 1630. cuius etiam memint Tamburin. d. tom. 3. diff. 5. q. 11. n. 64.

10. *Et delinquens ab Episcopo puniri possit.]* Non per censuras, vt docent Portel. in addit. ad dubia Regularia, verb. Episcopos. num. 5. Sanch. de matrim. lib. 7. diff. 33. num. 23. in precepta Decalogi. lib. 6. c. 1. n. 14. Villalob. p. 2. sum tract. 35. diff. 5. n. 17. Hieron. Roder. in compendio quest. regul. resol. 50. n. 16. & resol. 61. n. 7. Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. diff. 5. q. 11. n. 63. maxime si habeant Regulares priuilegium ne possint ab Episcopis censuris ligari. Marcel. Vulpe in praxi iudiciori eccl. c. 42. num. 26. Lezana in sum. quest. Regul. c. 11. n. 14. Lauret. de Franciis in controv. inter Episcop. & Regul. q. 7. Verbum posse Episcopos Regularis in casibus, in quibus eius iurisdictioni subsunt, censuris incolueri, tenet Marc. Anton. Genuen. d. c. 59. vers. alius est dubium. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. excommunicationis causa materialis, §. 4. Lazar. de blasphem. q. 10. à n. 55. Mari. Anton. var. resol. lib. 1. resol. vlt. ca. u. 25. Nouarr. in iuxta Regul. verb. excommunicare, à princ. Mendez de Castro in praxi Lust. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 5.

Regulares exempti, qui ob notorium delictum in excommunicatione inciderunt, possunt ab Episcopo publice denunciari excommunicati, vt alijs evitentur, sed quia erat difficultas in eo, quod Episcopus in huiusmodi causa debeat citare, & citatio est actus iurisdictionis, quam Episcopus non potest in huiusmodi personas exemptas exercere, ideo placet pro solutione doctrina Felin in cap. non potest. num. 3. de sentent. & resind.

Professio à Regularibus, tam viris, quam mulieribus, non fiat ante 16. annum expletum, & post annum suscepti habitus.

### C A P V T X V.

- 1 Professio, in quaunque Religione ante decimum-sextum etatis annum expletum facta, est nulla.
- 2 Milites Regularis hoc decreto non comprehenduntur.
- 3 Milites S. Stephani non comprehenduntur hoc decreto.
- 4 Fratres tertij Ordinis S. Francisci non comprehenduntur hoc decreto.
- 5 Milites Hierosol. non comprehenduntur sub hoc decreto.
- 6 Puella ad professionem ante decimum-sextum annum etatis non admittuntur.
- 7 Puella nisi duodecim annis sit maior, recipi prohibetur causa induendi habitu probationis in Religione.
- 8 Puella sponsa de presenti nondum matrimonio consummata, si Religionem ingrediatur in 12. anno constituta, cogendus sponsus per quatuor annos expetare.
- 9 Malitia non supplet etatem requisitam ad profundendum.
- 10 Professionem emittens infra annum probationis non est obligatus ad Religionem nec in genere, nec in specie.
- 11 Professio in supra die 16. anni emitte potest, sed contrarium receptius.
- 12 Professio facta post 16. annum, sed ante 18. requisitum ab statuto Ordinis Minorum est valida.
- 13 Professiones emissae iuxta dispositionem Concilij sunt valida, quamvis contra particulare Statutum maiorem etatem requirent.
- 14 Ordinarius potest professionem ante expletum annum 16. emissam nullam declarare.

- 15 Habitum Regularem suscipiens debet per annum in probatione stare, itavt professio antea facta sit nulla.
- 16 Prelati Ordinum Minorum iam non possunt cum consilio Fratrum Discretorum admittere ad professionem anno probationis non expleto Religiosos aliorum Ordinum venientes ad Minoriticam Religionem.
- 17 Professus in una Religione etiam strictiori transiens ad aliam, indiget nouitiatu.
- 18 Professus nulliter volens suam professionem ratificare, non tenetur nouitiatu annum iterare.
- 19 Moniales Ordinis Predicatorum habentes sexdecim annos, in mortis articulo possunt profiteri, quamvis nondum integrum nouitiatu annum peregerint.
- 20 Annus probationis à momento in momentum potest & debet computari.
- 21 Nouitius si compleat probationis annum die 24. Februario anno bissextili, non dicitur expletus hic annus nisi secunda die.
- 22 Annus ex quo Gregorius XIII. abstulit decem dies, reputatur integer.
- 23 Profiteri potest in Religione qui permanxit per annum integrum in Religione, & post modum retento habuit sicut aliquandiu domi sua.
- 24 Annus probationis debet necessariò esse continuus.
- 25 Annus probationis tunc interrupitur quando Nouitius dimisso Religionis habitu egreditur monasterium animo deferendi Religionem.
- 26 Nouitiatu interruptus non potest continuari etiam in ordine Minorum.

27 Nouitius

## Sessio XXV. de Regul. & Monial. Cap. XV. 367

- 27 *Nouitius dimisso Religionis habitu à monasterio re-*  
*cedens eo ipso interrupitur annum probationis,*  
*licet interpellatio sit modica.*
- 28 *Nouitius de licentia Superioris cum habitu aliqua*  
*iusta de causa extra monasterium egrediens non*  
*interrumpit annum probationis.*
- 29 *Nouitius si habitu Religionis induitus monasterium*  
*ex sui Superioris licentia exeat, non interrupit*  
*annum probationis.*
- 30 *Nouitius ob malam valetudinem manens extra*  
*monasterium non interrupit annum probatio-*  
*nis.*
- 31 *Nouitius non interrupitur si nouitius retento*
- habitum perterritus senioritate superioris abdicit  
*exeat causa se celandi,*
- 32 *Nouitius potest ex iuxta causa prorogari comple-*  
*to probationis anno.*
- 33 *Nouitius & monasterium post Concil. Trid. nullatenus*  
*possunt anno nouitiatum renuntiare.*
- 34 *Annus probationis potest impleri ab eo, qui non*  
*dum compleuerit annum decimum/externum.*
- 35 *Conuertit eo ipso, quod ingrediuntur monasterium;*  
*possunt profiteri.*
- 36 *Habitus Regularis à Nouitio deferendus est de ef-*  
*fectu, atque substantia anni probationis.*
- 37 *Professiones tacite non tollantur per hoc decretum.*

**I**N quacunque religione, tam virorum, & quam mulierum, professio non fiat ante decimum-sextum annum expletum, nec qui minore tempore, quam per annum, post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur. Professio autem antea facta sit nulla, nulla mutetur obligacionem ad alicuius Regulae, vel Religionis, vel Ordinis observationem, aut ad alios quoscumque effectus.

1. Professionem in quacunque Religione ante decimum-sextum aetatis annum expletum factam, nullam esse, nullamq; inducere obligationem, aut alicuius regulae, vel Religionis, seu Ordinis observationem per hunc textum tradunt Nauart, consl. 23. de Regularib. in antiqu. quod deest in nouis, Sayr. in florib. decis. sub eod. tit. decis. 97. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Moniale, §. 2. Petri. de Ledef-  
 rma in sum. p. 2. tratado de las Religiones en commun. cap. 7. Fr. Ioan. à Cruce de statu Relig. lib. 1. cap. 8. dub. 2. & 4. Sanch. de matrimon. lib. 2. disp. 4. nu. 22. & in pracepta Decalogi. tom. 2. lib. 5. cap. 4. a prince Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. par. 2. cap. 1. num. 36. Campan. in diuersis iuris canon. rubr. 12. c. 11. num. 1. Armend in addit. ad recopil. legum Nauarr. lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. nu. 11. cum seqq. Fr. Ludou. Miranda in manuali Prelat. tom. 1. q. 24. art. 2. Rot. decis. 173. num. 6. p. 1. re-  
 cent. Laurent. de Peirinis de subditis Religioso, tom. 1. cap. 20. §. 3. Hieron. Roder. in compendio q. regul. resolut. 101. nu. 30. cum seqq. Lerasa in sum q. Regular. cap. 2. ex num. 9. Tamburin. de iure Abbatis. disp. 6. quest. 4. Nouar. in lucerna Regul. verb. professio a num. 8. nouissime idem Tamburin. 103. de iure Abbatum disp. 5. quest. 11. nu. 82. nouissime D. Hieronym. Venero, y Leyua Archiepiscop. Montis Regalis in examine Episcoporum. lib. 6. c. 15. Duran. decis. 207. n. 1. Ego ipse de off. & p. 1. p. 2. alleg. 101. num. 4. cum seqg.
2. Milites Regulares decreto huius cap. non comprehendunt Nauarr. consl. 23. num. 10. de Regular. in antiqu. alias consl. 10. num. 10. eod. tit. in nouis, Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccles. p. 4. resol. 172. Jacob. de Graff. consl. 11. de Regularib. tom. 1. Azor. inst. moral. p. 1. lib. 13. cap. 4. q. 2. Ludou. Beia respons. casuum conscientia. p. 4. casu 28. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloss. 8. nu. 54. & a num. 61. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 6. q. 2. num. 117. cum seq. Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 44. num. 8. & in pracepta Decalogi. tom. 2. lib. 5. c. 4. num. 17. Seraphin. decis. 121. num. 2. que reperitur impre-  
 sa p. 1. diuers. decis. 591. Barthol. à S. Fausto in thesaur. Reli-  
 gionum. lib. 5. q. 169. Fr. Barthol. de Vecchis in praxi obser-  
 vanda in admittendis ad Religionis statutum nouitij. disp. 11. dub.  
 2. num. 4. Narbona 1. 8. gloss. unica. num. 1. 4. tit. 5. lib. 1. Recopil. Mich. de Reinofo obseru. Iuris obser. 1. num. 24. & 25. Tamburin. tom. 3. de iure Abbatum disp. 6. q. 11. nu. 6. & q. 12. Ego ipse d. allegat. 101. num. 5. refert decisum Armendar. d. l. 7. de Relig. num. 7.

Contra Fr. Emmam. in sum. tom. 2. cap. 8. num. 2. concl. 1. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 363. nu. 27. D. Hieronym. Venero, y Leyua d. c. 15 num. 7. existimantes huiusmodi milites in emittingenda professione comprehendunt sub hoc decreto.

3. Vnde Milites S. Stephani non comprehendunt hoc decreto censuit Rot. decis. 591. pars. 1. diuers. cuius meminit Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiastici decis. 1. in 1. edit. alias resol. 617. num. 6. in 2. edit. & Ego ipse d. alleg. 101. num. 6. Tambur. d. tom. 3. disp. 6. q. 11. num. 10.

4. Et Fratres tertii Ordinis S. Francisci pariter hoc de-

creto non comprehendunt, censuit Rot. d. decis. 591. num. 7. cuius etiam meminit Aloys. Ricc. d. resol. 617. nu. 4. Tam-  
 burin. tom. 3. de iure Abbatum. disp. 6. q. 11. num. 7. & Ego ipse d. alleg. 101. num. 7.

Hierofolymitanos vero Milites comprehendunt sub hoc decreto ex peculiari ipsorum statuto illi adhaerenti, referunt decisum Flamin. Parif. d. q. 2. nu. 120. Armendar. d. l. 7. de Relig. num. 16. Fr. Barthol. de Vecch. d. dub. 2. nu. 4. Ego ipse d. alleg. 101. num. 8. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccles. p. 4. resol. 172. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 369. num. 27. Narbona vbi supra num. 12.

a. *Quam mulierum.* Non admittendas puellas ad professionem ante dictum decimum sextum aetatis annum complectum, refert decisum Armend. d. l. 7. de Relig. num. 41.

Receptionem vero puellæ causa induendi habitum probationis in Religione prohibetur, nisi duodecim annis sit maior, tradunt Azor. inst. moral. p. 1. lib. 12. cap. 18. q. 55. & 56. Fr. Emmam. q. regul. tom. 3. q. 12. art. 2. qui testatur huius sententia suffit omnes Patres, qui ad Concilium Provinciale Toletanum conuenerunt, Nald. verb. habitus. nu. 6. & verb. Monialis num. 5. Fr. Barthol. de Vecch. d. praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statutum nouitij. disp. 2. dub. 6. num. 16. Armendar. d. l. 7. de Relig. num. 42. vbi refert decisum non esse dispensandum, ut puella, que duodecimum annum non compleuerit, possit habitum in monasterio suscipere, Aldan. in compendio canon. resol. lib. 1. tit. 25. num. 3. vbi testatur ita resolutum per S. Congreg. Episcop. in Neapolitana de anno 1582.

Contra Mich. Medin. de sacrorum hominum continent. lib. 4. controvers. 9. c. 4. Fr. Ludou. Miranda in man. Prelat. in fine. & in tract. de sacris monialibus. q. 8. art. 2. in concl. Sanch. in pracepta Decalogi. tom. 1. lib. 4. c. 18. nu. 33. Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 1. nu. 9. existimantes circa prefatam puerularum receptionem nullam limitationem esse constitutuendam.

Quod si puella in duodecimo aetatis anno matrimonio coniuncta, & Religionem illo nondum consummato ingressa sit, cogendum sponsum per quatuor annos expectare, sive dum profiteatur, dicit decisum Armendar. d. l. 7. de Relig. num. 42. quem referto Ego ipse d. alleg. 101. num. 11.

b. *Anne decimumsextum annum expletum.* Vnde malitia non suppone dictam aetatem resolvunt Fr. Emmam. q. regul. tom. 3. q. 15. art. 3. Sanch. in pracepta Decalogi. tom. 2. lib. 5. c. 4. num. 2. Hieron. Roderic. in compendio quest. regul. resol. 101. num. 27.

Et professionem emittens infra annum probationis non est obligatus ad Religionem, neque in genere, neque in specie, nec etiam in foro conscientie vila inducta est obligatio, ut refert decisum Nicol. Garc. de benef. p. 11. c. 9. num. 6.

Professionem in suprema die 16. anni emitte posse, emissamque subsistere resoluit Campan. in diuers. iuris canon.

a. c. Goncal-  
 das. 17. q. 2.  
 c. ad Apollo-  
 lit. 3. dereg.  
 & c. no. solu-  
 cod. tit. in 6.  
 b. cad nostræ  
 c. v. virtum.  
 & c. polihu-  
 sti eod. tit. &  
 c. eod. tit.

canon. r. 7. cap. 6. num. 119. & rub. 12. cap. 11. num. 1. quem  
refero Ego ipse d. alleg. 101. num. 13. ex lps. que in similibus  
adducit Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 24. num. 22.

Contra Galer. in margarita casuum conscientis, verb. profi-  
teri, pen. & Aloys. Ricc. in praxi rerum ecclesiast. decif. 656.  
in 1. edit. alias resolut. 549. in 1. edit. existimantes nullam  
esse professionem, si deficit vnuus dies ante dictum de-  
cimum sextum annum expletum. Et etiam non com-  
pleteo anni circulo adhuc per duas horas, ex Sel. in select.  
canon. cap. 18. num. 3. vbi refert decimum 21. Januarij 1617.  
Vnde Religiosus, qui sua professione facta tribus horis  
ante completem annum probationis à Religione di-  
scissit, & in habitu clericali laudabiliter vixit, si postea  
redeat ad Religionem, debet ratificare professionem,  
& ei locus debetur à die ratificationis, vt ipsem refesta-  
tur decimum sub die 1. Februario 1631.

12. Validam esse professionem post decimum sextum  
annum factam, sed ante decimum octatum requisi-  
tum à statuto Ordinis Minororum non annullante, aut  
irritante factam, tenent Ludon. Miranda in man. Pra-  
lat. tom. 1. quest. 24. art. 2. concl. 2. Peirin. de subdito Religio-  
so, tom. 1. cap. 26. §. 3. Hieron. Venero, y Leyua d. cap. 15.  
num. 10. Ego ipse d. alleg. 101. num. 15. refert decimum At-  
medat. d. 7. de Relig. num. 14.

13. In constitutionibus Religionis Sanctissimae Trinitatis  
redemptionis captiuorum est constituto confirmata  
auctoritate Apostolica ante, & post Concil. quod in  
Religione aliquis non recipiatur, antequam annum 20.  
videatur compleuisse. Hoc stante queritur per superio-  
res Religionis, an pro validitate professionis in dicta  
Religione sufficiat illam emisisse post 16. annum iuxta  
dispositionem Concil. S. Congreg. die 2. Augusti 1631.

¶ 24. Aprilis 1642. censuisse profesiones emissas iuxta  
dispositionem Concilij esse validas, refert Sel. in select.  
canon. cap. 18. num. 3.

14. Ordinarium posse professionem ante expletum an-  
num decimum sextum emisam nullam declarare, af-  
ferit decimum Armendar. d. 7. de Relig. num. 11. quem re-  
fero Ego ipse d. alleg. 101. num. 1.

15. ¶ Quam per annum, &c.] Suscipientem habitum Re-  
gularem debere per annum in probatione stare, ita ut  
professio antea facta sit nulla, docent Fr. Emmann. quest.  
regul. tom. 3. quest. 2. art. 7. & tom. 3. quest. 15. art. 1. cum seq.  
Azor. inst. moral. p. 1. lib. 12. cap. 2. quest. 6. cum seqq. Valer.  
Reginald. in praxi fori panis. lib. 18. num. 385. cum seqq. Ar-  
mendar. d. 7. de Relig. num. 4. cum seqq. Campan. in di-  
uers. iuris canonie. rubr. 12. cap. 3. à princip. Ludovic. Miran-  
da d. tom. 1. quest. 22. art. 1. cum seqq. Sanchez in precepta  
Decalogi. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num 8. cum seqq. Bartholom. a  
S. Fausto in thesauro Relig. lib. 5. quest. 160. cum seqq. Bonac-  
cin. de clausura. & panis eam violantibus impositus, quest. 2.  
puncto 10. diffic. 2. §. 2. Illustris. D. Roder. à Cunha in com-  
ment. ad cap. 1. num. 19. disp. 54. Fr. Barthol. de Vecchis in  
praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statutum nouitie-  
disp. 11. dub. 2. Tamburin. d. disp. 6. q. 4. num. 2. & de iure Ab-  
batum tom. 3. disp. 6. quest. 7. num. 1. cum seqq. & quest. 11. à  
princ. Ego ipse d. alleg. 101. num. 16. cum seqq. Ita ut emit-  
tens professionem sic intra annum probationis non sit  
obligatus, neque ad Religionem in genere, neque in  
specie, nec etiam in foro conscientia illi indicata sit obli-  
gatio, prout decimum refert Barthol. de Vecchis vbi /  
pra. disp. 13. dub. 11. sub num. 2.

16. Per hoc decretem Concilij abrogatum fuisse Leonis  
X. priuilegium relatum in compendio priuilegi. Mendicantis.  
verb. nouitius num. 27. quo conceditur Praelatis Ordinum  
Minorum posse cum consilio Fratrum Discretorum  
admittere ad professionem anno probationis non ex-  
pleto Religiosos aliorum Ordinum venientes ad Mi-  
noriticam Religionem, tradunt Nauarr. conf. 61. num. 4.  
& conf. 66. num. 4. de Regularib. in nouis. Fr. Emmann. d. tom. 3.  
quest. 15. art. 11. Lessi. de iust. lib. 2. cap. 41. dub. 13. num. 101.  
Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 37. num. 47. Fr. Ludou. Miran-  
da in Man. Pralator. 10. 1. quest. 22. art. 2. concl. 3. Fr. Barthol.  
de Vecchis d. disput. 11. dub. 2. num. 5. Illustris. D. Roder.  
à Cunha in comment. ad d. cap. 1. num. 21. in fine. Tamburin.  
d. tom. 3. disp. 6. quest. 11. num. 5.

Contra Sorb. verb. nouitius, vbi de nouitiorum professione,  
vers. Sed an requiratur, & Pact. cap. 2. art. 15. num. 65. existi-  
mantes predictum Leonis X. priuilegium non esse con-  
tra dispositionem Concilij in praesenti.

Professum in una Religione, etiam strictiori, tran-  
seunt ad aliam, indigere nouitiatu, quem requiret  
Conc. in praesenti, tenent Nauarr. sub tit. de Regulari. confil.  
49. num. 4. & conf. 53. num. 5. in antiqu. alias conf. 61. num. 4.  
& conf. 62. num. 5. & conf. 77. num. 4. eod. tit. in nouis. Hieron.  
Roder. d. resolut. 101. num. 46. Fr. Emmann. in summ. tom. 2.  
cap. 6. num. 10. & quod. regul. tom. 3. q. 19. art. 11. Sanch. d. lib.  
5. cap. 4. num. 12. Illustris. D. meus Roder. à Cunha in  
comment. ad c. 1. nu. 21. d. 1. 54. Peregr. d. p. 2. e. 1. lit. C. §. 19.  
ynde Regulares Discalceatos Ordinis sanctissimae Tri-  
nitatis de licentia Sedis Apostolice ad laxiorem Cal-  
ceatorum transeunte debere annum probationis, non  
tamen emittere professionem, refoluit Sel. d. loco, aferens  
decimum in Montis Regalis 13. Nouembri 1627.

Professum nulliter volentem suam professionem rati-  
ficare, non teneri nouitiatum annum iterari, si alias sive  
validus, resolut Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 37. numer. 45.  
& Peregr. in comment. ad confit. Cleric. Regular. part. 2. cap. 1.  
lit. C. §. 2. Si vero Nouitiatus sicut factus post pubertatem,  
& sicut continuo, non esse iterandum ex quaevque causa  
sit irrita professio, tenent Sanch. disp. 37. ex num. 47. & in  
precepta Decalogi lib. 5. c. 14. num. 14. Azor. inst. moral. p. 1.  
lib. 12. cap. 1. quest. 6. Barthol. à S. Fausto in thesau. Relig. lib.  
5. q. 97. Peregr. vbi proximè, contra Nauarr. conf. 20. nu. 17.  
& 19. de Regulari. existimantem nouitiatum etiam ex alia  
causa preter defectum aetatis, aut continuationem, inua-  
lidum esse iterandum.

Moniales Ordinis Prædicatorum habentes sexdecim  
annos in mortis articulo constitutas profiteri posse, & si  
nondum integrum nouitiatum annum peregerint, con-  
cessit Pius V. in quadam Motu proprio incip. Summi Sa-  
cerdotij cura, cuius tenorem refert Fr. Emmann. quo. & regul.  
tom. 3. q. 15. art. 6. vbi subdit hoc hodie fieri posse, dicens  
non esse reuocatum à Greg. XII. tradunt idem Fr. Em-  
mann. in sum. tom. 4. c. 63. num. 4. Ludou. Miranda in Man.  
Pralat. tom. 1. q. 22. art. 10. Sanch. d. lib. 5. c. 4. nu. 16. Barthol.  
à S. Fausto in suo thesau. Relig. lib. 5. q. 167. Peregr. d. c. 1.  
lit. C. §. 10. Hieron. Roderic. d. resolut. 101. num. 40. Tambu-  
rin. d. tom. 3. disp. 6. q. 11. num. 9.

Et heuimodi probationis annum à momento in mo-  
mentum posse & debere computari, id est, ab hora diei,  
in quo habitum quis suscepit, vsque ad eandem horam  
vltimi diei eiusdem anni tradunt Jacob. de Graff. tom. 1.  
conf. lib. 2. conf. 6. num. 2. de Regularib. Zanard. in direct. The-  
olog. p. 2. cap. 26. num. 12. vers. nota autem. Lessi. d. lib. 2. cap. 41.  
dub. 7. num. 59. Sanch. lib. 1. de matrim. disp. 16. num. 2. & in  
precepta Decalogi tom. 2. lib. 5. c. 4. num. 31. in fine. Fr. Ludouic.  
Miranda d. q. 22. a. 3. Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 15. nu. 1.  
Barthol. à S. Fausto d. lib. 5. q. 160. num. 2. Fr. Barthol. de  
Vecchis d. disput. 11. dub. 4. Peregr. in confit. cleric. Regular.  
p. 2. cap. 2. lit. C. §. 6. Hieron. Roderic. d. resolut. 101. num. 38.  
Ciatlin. controu. forens. lib. 1. cap. 10. 8. num. 20. Nald. in sum.  
verb. professio num. 6. Tambur. de iure Abbatissar. disput. 4. q. 9.  
Nouar. in lucerna Regul. verb. annus num. 2. idem Tambur.  
de iure Abbatur. tom. 2. disp. 6. q. 7. num. 8. & q. 11. nu. 12. Ego  
ipse d. alleg. 101. nu. 22. in fine. secundum Lugdunum. impress.

Contra Stephan. Gratian. disput. forens. tom. 3. c. 41. nu.  
22. & Campan. d. rubr. 12. cap. 13. nu. 4. in fine. Diana moral.  
resolut. p. 5. tract. 5. refol. 18. existimantes post factam pro-  
fessionem non esse computandum annum probationis  
ab uno puncto & instanti ad idem punctum, & instantem.  
qua esset assertio nimis rigorosa.

Vnde si Nouitius complicat probationis annum die  
24. Februario anno bissextili, non dici expletum hunc  
annum, nisi secunda dies, que etiam appellatur 24. id est,  
25. die, quare emittere non posse professionem, nisi ea-  
dem die 25. in puncto diei 24. Februario precedens an-  
ni in quo suscepit habitum, arg. text. in 1. 3. §. minorem  
ff. de minorib. & in l. cum bissextili ff. de verb. signific. & in cap.  
quasiuit. eod. tit. tradunt Fr. Emmann. d. tom. 3. q. 15. art. 4. &  
§. Jacob. de Graff. & Fr. Ludouic. Miranda ciuitatis locis. Bo-  
nacin. de Sacramentis disput. 8. q. unica puncto 5. num. 15. & de  
clausura

## Sessio XXV. de Regul. & Monial. Cap. XV. 369

- clausura q.2, puncto 10, diffic. 2 §. 2, num. 4. Molin, de iust. tract. 2, disp. 573, versi, augeat à minori state, Sanch. de marrimon. lib. 2, disp. 24, num. 22, versi similiter credo, Less. d. num. 59, vers. hinc sequitur, Fr. Barthol. de Vecchis d. dub. 4, num. 5. Peregr. in constitut. cleric. Regular. part. 2, cap. 1, lit. C. §. 7. Hieron. Roderic. d. resol. 101, num. 39. Tamburin. d. disp. 4, 9, num. 2, & d. tom. 3, disp. 6, q. 11, num. 13, l. 1. Labor. var. subebrat. tom. 1, tit. 1, de comitiis, cap. 6, num. 15, qui öretenus mihi retulit S. Congreg. Concilij in una Parayina 5. Iulij 1627, & in Andragauen, 2. Augusti 1627, centuisse non valeare professionem respectu anni bissextilis cuiusdam, qui ingressus est Religionem 27. Martij, & die 26. eiusdem mensis sequentes anni, currente anno bissextili emitit professionem, & sic non expectato lapsu diei, qui illi anno accrescit.
- Contra Fornar. de Ordine cap. 3, num. 4. Aloys. Ricc. in praxi rerum fisci ecclesiast. post resol. 76, in notabil. de materia Sacramenti Ordinis, vers. quod ad interstitia, Barthol. à S. Fausto d. lib. 5, quest. 161, existimantes ad hanc professionem in Religionem emittendam anno bissextili satis esse ad probationem compleuisse dies 365.
22. Annum, ex quo Greg. XI abstatuit decem dies, hoc est, à quinto die Octobris, usque ad decimum sextum anni 1582, reputari integrum, nec supplendos esse illos decem dies ex alio anno, quia quamvis ille annus non fuerit integer naturaliter, & secundum cursum solarem, fuit tamen integer civiliter, & politice, docent Henric. in summ. lib. 10, cap. 19, §. 2, & lib. 13, cap. 10, §. 2, in commento littera O. Bonacini, d. puncto 5, num. 14. Fr. Ludouic. Miranda d. art. 2, conclus. 2, in fin. Fr. Eman. d. tom. 3, quest. 15, art. 15. Less. d. lib. 2, cap. 41, dub. 7. Bartholom. à S. Fausto d. lib. 5, quest. 162. Sanch. d. tom. 2, lib. 5, c. 4, num. 5, vbi extendit ad factos Ordines, & ad quaecunque officia, & beneficia, refero Ego ipse d. allegat. 101, num. 21. Tamburin. d. tom. 3, disp. 6, q. 11, num. 23.
23. Profiteri potest in Religione ille, qui cum esset duodecim annorum, permanferit per annum integrum in nouitatu, postmodum habitu retento fuit commoratus domi, sive usque ad tempus 16. annum requisitum ad professionem emittendam, & cum fuerit recursus ad Religionem, petit admitti ad professionem, si aliud illa non opponat, ita Sel. d. cap. 18, num. 4, vbi refert decisum sub die 20. Martij 1621.
24. Continuum debere necessariò esse huiusmodi probationis annum, & non sufficere interpellatum, docent Nauarr. consil. 2, num. 2, & consil. 34, num. 2, & consil. 36, num. 1, & consil. 42, num. 2, & 4 de Regularibus in antiqu. & consil. 9, num. 2, & consil. 32, num. 4, sub eod. tit. in nouis. Henric. lib. 13, de excommunic. cap. 40, num. 2. Eman. S. verb. Religio. num. 9. Fr. Eman. in summ. tom. 3, cap. 8, num. 4, & tom. 3, q. 15, art. 8. Jacob. de Graff. in aures decisionibus lib. 3, cap. 5, num. 5. Sorb. in verb. Nouitius, vbi de Nonitiorum professionis emissione, vers. secundò est. Flamin. Parif. de resignat. benefic. lib. 3, quest. 13, num. 11. Azot. iustit. moral. part. 1, lib. 12, cap. 2, quest. 8. Fr. Ludouic. Miranda d. quest. 22, art. 4, conclus. unica. Nald. verb. Nouitius, num. 4. Less. d. lib. 2, cap. 41, dub. 7, num. 59. Sanch. d. lib. 5, cap. 4, num. 31. Stephan. Gratian. Marchig. decis. 35, n. 3, in addit. Barthol. à S. Fausto d. lib. 5, quest. 163. Bonacini. de clausura quest. 2, puncto 10, diffic. 2 §. 2, num. 3. Soar. tom. 3, Relig. lib. 5, cap. 15, n. 3. Ego ipse d. allegat. 101, n. 23. Illustriss. D. meus Roderic. à Conha in comment. ad cap. 1, num. 15, diff. 54. Peregr. in constit. cleric. Regular. part. 2, cap. 1 littera C. §. 8. Tamburin. d. disput. 4, q. 8, num. 3. Ciarlin. controver. forens. lib. 1, cap. 108, num. 15. Diana moral. resol. part. 5, trad. 5, resol. 19, idem Tamburin. de iure Abbatum tom. 3, disput. 6, quest. 7, num. 9, & quest. 11, num. 15. Hieron. Roderic. d. resol. 101, num. 4. Fr. Barthol. de Vecchis d. disput. 11, dub. 3, num. 1, vbi num. 5, cum Soar. d. cap. 15, n. 8, ampliat, ut hæc continuatio non solum esse debeat per annum expletum, sed etiam usque ad professionem, ita vt si nouitius completo anno probationis egredetur monasterium, & postea iterum rediret, professionem emittere non posset, virtute prefatae vnius anni probationis, sed iterum inchoare deberet nouitium.
- Contra Franch. Angel. Sylvestri. verb. Religio. 5, quest. 4.
- Bartholom. à S. Fausto d. lib. 5, quest. 163, & Bonacini. d. puncto 10, diffic. 2 §. 2, num. 4, existimantes non esse necessaria continuationem probationis cum professione, & contra Fr. Eman. 8, q. 15, art. 15, vers. adiuvandum denique, qui idem censet circa nouitias Monialium.
- Annum probationis tunc interruppi, quando Nouitius dimisso Religionis habitu egreditur monasterium animo deserendi Religionem, ita ut si postea peniteret, iterumque recuperetur, deberet ex integrō à principio inchoare nouitium, referunt proximè citau. Doctores, & præcipue Fr. Bartholom. de Vecchis d. dub. 3, num. 6. Tamburin. d. tom. 3, disp. 6, quest. 11, num. 17.
- Et ideo per text. in praesenti reuocatum esse priuilegium Iuli II. concessum Minoribus, ut nominatus interrupsit possit continuari, tradunt Fr. Ludouic. Miranda d. quest. 22, art. 4, vers. finem, Bartholom. à S. Fausto dict. lib. 5, quest. 166. Fr. Bartholom. de Vecchis d. disput. 11, dub. 3, num. 6, in med. Tamburin. de iure Abbatum tom. 3, disp. 6, q. 11, sub num. 17.
- Contra Sorb. verb. Nouitius, vbi de Nouitiorum professionis emissione, vers. sed India, Fr. Eman. d. quest. 15, art. 8, q. 10, vers. adiuvandum tandem, existimantes iuxta prædicti priuilegiū tenorem posse etiam hodie temporis prioris receptionis cum tempore posterioris ad perficiendum probationis annum computari.
- Dimisso Religionis habitu à monasterio Nouitium 27. recedente, eo ipso interrumpere annum probationis, licet interpellatio sit modica, & paulo pôst intra diem poenitentia, tenent Nauarr. consil. 42, num. 4, de Regularibus, Galler. in Margarita casuum conscientia verb. Nouitius, Sanchez d. cap. 4, num. 32. Soar. d. cap. 15, num. 3, Peregr. d. part. 2, cap. 1 littera C. §. 8, vers. Sed quid. Barthol. à S. Fausto dict. lib. 5, q. 164. Fr. Bartholom. de Vecchis d. dub. 3, num. 7. Illustriss. D. Roderic. à Cunha vbi supra num. 17. Ego ipse d. allegat. 101, num. 25.
- Contra Less. d. lib. 2, cap. 41, dub. 7, existimantem panorum dierum interpellationem non impedire, & contra Sorb. d. loco vers. secundò est. Lorich. in suo thesauro tit. de Regul. §. 9, vers. si autem sine licentia, Nald. d. verb. Nouitius num. 4, qui cum dicant interrumpi nouitium per exitum Nouitii à claustrō pertres, aut quatuor dies sine licentia sui superioris, videntur docere exitum vnius, vel duorum dierum non esse sufficientem ad hanc interruptionem inducendam.
- Si tamen Nouitius de licentia Superioris cum habuit aliquia iusta de causa intra annum probationis extra monasterium egreditus, & ibidecum per aliquos dies commoretur, post accessum posse licet profiteri, animumque per hoc non dici discontinuum, refolunt Nauarr. consil. 10, num. 3, de Clericis non resol. & consil. 42, de Regular. Peregr. in comment. ad constit. cleric. Regular. part. 2, cap. 1 littera C. §. 8. Hieron. Roderic. d. resol. 101, num. 44. Jacob. de Graff. in aures decisionibus part. lib. 3, cap. 5, post n. 18. Flamin. Parif. d. quest. 13, num. 12. Save. in floribus decis. sub tit. de Regularibus decis. 15. Fr. Eman. d. quest. 15, art. 8. Ludouic. Beja respons. casuum conscientie part. 4, eas. ultim. in fine, Lorich. d. §. 9, vers. 4. Campani. d. rubr. 12, cap. 3, num. 3. Aloys. Ricc. in praxi fisci Ecclesiast. docit. 501, in 1. edit. alias resolut. 392, num. 3, in 2. edit. Armendar. d. l. 7, de Religion. num. 13. Bonacini. de clausura quest. 2, puncto 10, diffic. 2 §. 2, num. 6. Stephan. Gratian. discop. forens. cap. 6, 6, num. 14. Soar. tom. 3, de Religion. lib. 5, cap. 14, num. 13. Diana moral. resol. part. 3, trad. 5, resol. 84. Tamburin. de iure Abbatis far. disput. 4, quest. 8, a. num. 1. Ciarlin. d. lib. 1, cap. 108, num. 24, idem Tamburin. de iure Abbatis tom. 3, disput. 6, quest. 7, num. 12, & 15, & 11, num. 18, & 19. Fr. Barthol. de Vecchis d. dub. 3, num. 10, vbi num. 11, cum Soar. eod. cap. 14, num. 14, contra Nauarr. intelligent etiam si licentia, & sine rationabili causa concessa fuisset Nouitio licentia. Ego ipse d. allegat. 101, num. 27. Ludouic. Miranda d. quest. 22, art. 5, concl. vni. vbi in fine ait huiusmodi licentiam ad exercendum posse tantum concedere Ministros Provinciales si adiung. in ipsorum verò absentia, & quando facilis ad eos non habetur recursus, vrgetque necessitas, id ipsum posse facere Guardianos, & alios Prelatos conuentuales, nisi aliqua ordinatione generali, seu Provinciali, aut parti-

particulari mandato si fuerit interdictum.

29. Vnde non interrumpi tempus probationis si Nouitius habitu Religionis induitus monasterium ex sui Superioris licentia exeat causa peregrinandi ad stationes, vel ad alia loca, vel visendi parentes, aut cognatos & grotantes, vel mendicandi, vel recreandi, aut alia huiusmodi causa, bene notant Iacob. de Graff. d. cap. 5. num. 18. Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. disputat. 6. quest. 7. num. 16. Fr. Emman. d. quest. 15. artic. 8. Fr. Bartholom. de Vecchis d. disput. 11. dub. 3. num. 12.

30. Hinc etiam non interrumpi dictum tempus probationis si Nouitius ex licentia Superioris, ob malam valetudinem maneat extra monasterium, resoluunt Gonzal. Mendez de Vasconcellos diuers. iuris argument. lib. 2. cap. 15. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 166. num. 14. & in addit. ad Marchia decis. 3. num. 2. Fr. Bartholom. de Vecchis d. dubit. 3. num. 13. vbi refert ita fuisse decimum. Quare si Nouitius durante probationis anno curaræ valitudinis causa de licentia Superiorum à monasterio excedit, & post reiatur, eodem tempore professionem emittere posse, ac si nunquam egressa fuisse, dicit refutatio Armendar. d. 17. de Relig. num. 13.

31. Hinc pariter non interrumpi nouitiatum, si nouitius retento habitu perterritus securitate, vel iracundia, aut minis, seu odio Superioris, aut Magistri monasteriorum abditi exeat causa se celandi, cummodo animum habeat redeundi, tradunt Galuan. consil. 12. num. 9. & Fr. Bartholom. de Vecchis d. dubit. 3. num. 15. vbi intelligi dummodo exitus extra monasterium non sit talibus circumstantijs factus, quod probabiliter praefatum posuit Nouitium. animo deterendi Religionem egressionem fuisse, de quo etiam Tamburin. d. tom. 3. disput. 6. quest. 7. num. 18.

32. Completo probationis anno nouitiatum obueniente aliqua rationabili, seu iusta causa posse prorogari tradunt Nauarr. consil. 30. de Regularibus in nouis, Emman. S. verb. Religio. num. 3. Fr. Emman. d. tom. 3. quest. 17. artic. 10. Galet. d. verb. proficeri. ultim. Lcif. d. dubit. 7. num. 39. Barthol. à S. Fausto d. lib. 5. quest. 168. Fr. Ludovic. Miranda in suo man. Prelator. tom. 1. quest. 25. artic. 11. Sanchez in precepta Decalogi. lib. 5. cap. 4. num. 1. Peregrin. dict. cap. 1. littera C. §. 11. Aldan. d. 11. 25. num. 10. vbi refert decimum sub die 31.

33. Maij 1597. Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 13. num. 8. Fr. Bartholom. de Vecchis d. disputat. 11. dub. 5. num. 3. vbi num. 4. post Galuan. consil. 12. a principi. obseruat differri non posse professionem illorum Nouitiorum, quos superiores expleto probationis anno habiles inuenient.

Nouitium, & monasterium post Concil. Trident. nul latenter posse anno nouitiatum renuntiare tenent Nauarr. consil. 33. sub sii. de Regularibus in antiquis, alias consil. 62. num. 5. in nouis, Ludovic. Beja d. casu ultim. vers. tertio, Hieron. Roderic. d. resol. 101. num. 41. Fr. Emman. d. tom. 3. quest. 14. artic. 7. & in sumo. tom. 2. cap. 6. num. 10. Azor. d. lib. 12. cap. 4. quest. 9. Sanchez d. lib. 5. cap. 4. num. 18. Ludovic. Miranda d. quest. 22. artic. 7. conclus. vnic. Peregrin. dict. cap. 1. littera C. §. 12. Bartholom. à S. Fausto d. lib. 5. quest. 170. Tamburin. d. tom. 3. disput. 6. quest. 11. num. 22. Ego ipse d. allegat. 101. num. 32. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad e. 1. num. 22. dict. 54. vbi subdit validè dispensare Præpositum Generalem Societas I E S V post exactum integrum annum nouitiatus (non tamen ante illum.) cum Nouitio suo, vt profiteatur, vel incorporetur in eadem Societate ante decursum biennium nouitatus.

Probationis annum posse impleri ab eo, qui nondum 34. expuerit annum decimum sextum, & vi talis probationis posse probatum admitti ad professionem expleto decimo sexto anno, afferunt Nauarr. consil. 30. num. 1. de Regulari. in 1. edit. alijs consil. 20. num. 1. eod. rit. in 2. edit. Henric. lib. 13. cap. 40. §. 2. in fin. Galet. verb. proficeri. 3. Azor. dict. lib. 12. cap. 2. quest. 9. in fine. Fr. Emman. d. tom. 3. quest. 15. artic. 2. in fin. Valer. Reginald. d. lib. 18. num. 385. proprie finem. Sanchez in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 22. in fine. Ego ipse d. alleg. 101. num. 31.

Convertere ex ipso, quod ingreduntur monasterium, 35. possunt emittere professionem, iuxta Bullam Pontificis ante Concilium emanatam, que non est sublata per hoc decretum, & quod infra cap. 18. in fine, hac eadem sessi. præseruat earum constitutiones; ergo multo magis hoc priuilegium Pontificis, ita Aldan. in compend. Canons. resol. lib. 2. nr. 8. num. 16. vbi refert decimum sub die 11. Januarij 1620.

¶ Post suscepimus habitum, &c.] Habitum Regulari 36. à Nouitio deferendum esse de essentia, atque substantia anni probationis, tradunt Azor. d. lib. 12. cap. 2. quest. 9. Fr. Emman. d. quest. 15. artic. 9. Sanchez d. lib. 5. cap. 4. num. 29. Ludovic. Miranda d. quest. 22. artic. 6. conclus. vnic. Bartholom. à S. Fausto d. lib. 5. quest. 177. Bartholom. de Vecchis d. dispe. 11. dub. 7. Reginald. d. lib. 18. num. 384. Tamburin. dict. disput. 4. quest. 4. num. 6. & de iure Abbatum tom. 3. disput. 6. quest. 7. num. 7. & quest. 8. num. 4. Ego ipse d. allegat. 101. num. 29. Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad cap. 1. num. 12. dict. 53. vbi num. 13. limitat, nisi regula alicuius Religionis à Póifice approbata aliud præsiceretur, vel vsus legitimè præscriptus id obtinueret, limitat etiam nisi talis esset Religio, quæ habitum proprium non haberet, vt non habet Societas I E S V, cuius Religionis ex vsu regionis, in qua habitat, vestiuntur, secundum Sanchez. in precepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 8. num. 70. Vnde licet Nouitius deferre debeat habitum, quo regula, vel statutum, aut confuetudo cuiuscunque Religionis vti vult, non esse tamen de substantia anni probationis. Nouitium induere habitum Nouitiorum ab habitu professorum distinctum, resoluunt Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 14. num. 10. Fr. Bartholom. de Vecchis d. dub. 7. num. 3. Tamburin. d. tom. 3. disput. 6. quest. 8. num. 5. & 6.

Per text. in presenti non tolli professiones tacitas, sed 37. in suo pristino valore manere afferunt Nauarr. consil. 28. num. 5. de Regulari, in 2. edit. Sayr. in floribus decis. sub eod. rit. decis. 42. Sorb. verb. Nouitius, vbi de Nouitiorum professione, versi. quid autem dicendum, Azor. d. part. 1. lib. 12. cap. 4. quest. 6. Fr. Emman. d. tom. 3. quest. 17. artic. 1. Armendar. d. 7. de Relig. num. 6. & 8. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 640. num. 34. adden. ad Gregor. decis. 385. num. 6. D. Hieronym. Venero, y Leyva d. cap. 15. a. 5. Fr. Bartholom. de Vecchis dict. præsideri. in admittendis ad Religionis statut nouitij, disputatio 13. dub. 8. Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. disputatione 6. questione 13. numero 10. Rot. in Vilzbonen. professionis 10. Decembri 1621. coram R. P. D. Merlino Sanchez in precepta Decalogi libro 5. capitul. 3. à numero 36. Hieron. Rodenc. dict. resol. 101. numero 53. Professionem tacitam inducere Ordinis suscepitionem resoluit Sel. dict. capitul. 18. numero 50. afferens sic fuisse. resolutum in Beneventana 20. Decembri 1619. refert Tamburin. dict. somo 3. disputatione 6. questione 13. numero 12.

*Renunciatio, aut obligatio non potest fieri à Nouitij, etiam fauore causa pia, nisi cum licentia Episcopi, vel Vicarij, finito tempore nouitiatus superiores admittant Nouitios ad professionem, vel eos è monasterio deiciant, quibus restituuntur omnia, quæ dederunt monasterio ante professionem, ut in text.*

#### C A P V T XVI.

1. Doctores de materia cap. agentes,

2. Obligationis nomine in presenti intelliguntur om-

nes contractus lucrativi.

3. Donationes inter viros comprehendit hoc decretum.

4. Renun-